



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

# SURIELS

9  
9  
RVM  
5

S. Porcari,  
cum focijs  
ab infide-  
libus tru-  
cidatur.

192 AVGVSTI XIII.

damur preciosissimæ passioni. Experimento iam cognoscetis, quantus illis ex no-  
stra constantia timor, quanta nobis proueniat gloria. Talia senior perorabat, no-  
mine quenque vocans, simulque acrimoniam quam gestabat corde, frontis praef-  
rens dignitate.

Quibus verbis incaluit virrus, paulatimque timore depulso, maduerunt corda  
tepenia, repentina Spiritus sancti rore perfusa. Suda redit facies, veluti si vidaseret  
li purpuream clarefcere lucem sine nube diei. Agmina sancta super vultum senseret  
retonantis, gaudentesque hilares Christum suis victoribus, arcem ætheris, ac patrum  
familis aperire profundum. Dat signum felix concordia, dama præcedentia lu-  
cris succedentibus recompensans. Itaque alacres, & de victoria iam securi, proce-  
dunt castris, portis patentibus, omnes ornati, omnes albis vestibus induit, tanquam  
agni immaculati, & incontaminati Iesu Christi, præcogniti ante constitutionem  
mundi. O quali gaudio tunc ille tripudiauit Angelicus coetus, tatis beatorum mat-  
tyrum occurrentes agminibus? Nulli dubium omnem cælestem Hierusalem tunc  
exultasse ineffabiliter lætitia, tunc iucundatam esse inestimabili charitate, tuncque cum  
omni gratulatione obuiam processisse, eosque ingenti lumine circumfuluisse, & vi-  
que ad thronum, olim sibi etiam ante constitutionem mundi paratum, cum lau-  
dibus & cantis spiritualibus perduxisse.

## SERMO B. PETRI DAMIANI S. R. E. CARDINALIS AC OSTIENSIS EPISCOPI, DE SAN- CTO Cassiano martyre, ut habetur octavo Tomo Aloysi.

12. Augu.



DMIRABILIS & gloria nostra dispensatio  
Conditoris, ita cursum nostra mortalitatis initu-  
rit, fratres charissimi, ut per succedentium vicissitudi-  
nes temporum, diversa nobis victoriis formarum Chri-  
sti militum festivitates occurrant, que nostros ani-  
mos ad amorem illius summe & continua solenni-  
tatis accendant. Planè cum totius anni circulum tri-  
umphalibus modo martyrum, modo confessorum  
titulis Deus omnipotens variat, quid aliud, quam  
velut sertum gloriae construit, quod vriue decora  
liliorum atque rosarum varietate depingitur: Inter  
quas nimis festivitates & hodierna non ignobi-  
lis est, Hippoliti scilicet & Cassiani martyrum, quæ  
tanquam geminum rutilat duorum lumen astrorum. Qui profectò Regis æterni  
strenuissimi bellatores, diuersis quidem locis, diuersis subiacuere supplicij, sed una  
vtrique erat causa certaminis, quia non dispar vtrunq; armaverat professio veritatis.

Enim uero Cassianus, cui potissimum famulatus est sermo, diu quidem latuit,  
sed cum ad certamen peruenientum est, quid acrimonie, quid saporis, quid fortitudi-  
nis granum sinapis occultaret, aperuit. Nam iuxta nominis sui præfigum, cum in  
passionis pila persecutorum manibus pindi coepit & alteri, mox fragrantiam odo-  
riferæ suauitatis, quæ in se latebat, adspersit. Cassia siquidem species est aromatica,  
quæ integra quidem nullius esse videtur odoris, trita autem naturalis vim suauita-  
tis emittit.

Beatus itaque Cassianus (ut gestorum illius testatur historia) dum scholaris do-  
ctor existeret, breuibusque notis verba comprehendere pueros erudire, pro fide  
Christi ad quæstionem deductus est. Cumque zelo succensus fidei, iudicium dece-  
ta contemneret, & sacrificia profana calcaret, discipulorum manibus ad crucianum  
traditus est, ut illis versa vice poenas exolueret, quos ipse dudum sub discipli-  
næ ferula terruisset. Mox itaque indumentis exutus, manibus post terga ligatus, ar-  
matu stylis & tabulis puerorum furentium agmine circumfunditur: qui vndeque  
compunctus atque discriptus, toto corpore laceratur. Nouum planè & inusitatum  
genus martyrij insignem Deo martyrem consecravit. Videtur autem hæc marty-  
rij species ad similitudinem comparandam, nulli melius posse congruere, quâmi-  
psi Regi martyrum Deo Salvatori. Nam & ille à suis discipulis occisus est, Iudeis  
videlicet, quibus præcepta decalogi proprio digito descripta tradiderat, quos cere-

A suis scho-  
laribus, sive  
lis actabu-  
lis totocor  
pore discer-  
pitur.

S. Cassia-  
nus schola-  
rium ma-  
gister.

monis suis, sacrificiorumq; ritibus instruxerat, quos certe ad omnem viuendi rectitudinem, tanquam teneros sub disciplina pueros informauerat. Sicut ipse per Elia*Esa. 1* dicit: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Nam & illi carnales Israëlitæ puerorum nomine digni fuerant, qui mar data legis, Prophétatumq; mysteria nō tenili grauitate pensabant, sed omnia superficietenuis ac pueriliter intelligebat.

Desunt aliqua.

Hinc est, quod & hic inuidissimus Christi miles beatus Cassianus inter grauissima panarum suarum tormenta superari non potuit, quia non eum ferrea lorica circundedit, nō galcea eristata protexit, sed lignum tantummodo Crucis armavit. Nam qui ligni huius vexillo munitur, spiritualis insultus nequit securus aggreditur. Hoc signum contra David ad bellum egrediens Philisteus ille sacrilegus ignorabat, atque idcirco mox in fronte percussus interiit, ubi scilicet vita sibi signaculum non impressit. Hoc signum salutis in fronte depingitur, ubi videlicet sacerdos summus in lege auri laminam in gloriam & decorem ponere videbatur in qua scilicet lamina illud gloriosum & ineffabile nomē Domini Tetragrammaton videbatur insculptum. Quod nimirum quid aliud, quam Crucem videbatur exprimere Saluatoris? Sic enim Crux quatuor habet cornua, ita & nomen illud quatuor literis *Exod. 12* constat. Crux ergo, decor & gloria sacerdotalis officij, in fronte ponitur, vt superluminari domus agni crucore perfuso, transuentis Angeli gladius euadatur. Econtra, in hac corporis parte Rex ille Ozias lepra percussus est (*iuxta Prophetæ vocem di-*  
*Psal. 82.*) *centis: Impie facies eorum ignominia;* qui dum regali culmine arroganter intumuit, saufificandi licentiam, que solis debebatur sacerdotibus, sibimet usurpauit.

Hoc signum David in spiritu preuidens, gratulabundus aiebat: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Id quoque subiungit: Dediti latitiam in corde meo. Quā pretiosum, quamq; mirificum Crucis signum est, fratres mei, quod & superbos quoque cum ipso superbie authore destruit, & pro Christo certantes in proiectum gloria triumphalis attollit. Ecce, inquit Simeon, positus est hic in rūnam, & in resurrectionem multorum in Israel. Pretiosum, inquam, signum Crucis. Sed prout gestamus in fronte, utinam portemus in corde. Ille enim cordi suo signum Crucis veraciter habet impressum, qui Christū, qui in Cruce suspensus est, diligit, qui eum toto cordis amore complectitur, qui certè in eo totis visceribus delectatur, qui quaque ab eo prohibita respuit, qui sibi mandata cum amore custodit. Sunt enim inimici Crucis Christi, quorum (vt Apostolus ait) finis interitus, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapient. Sunt & amici Crucis Christi, quorum videlicet conuersatio in cælis est. In tremendo nempe iudicio inter finitos erit, quisquis vitalis huius signi characterem non habebit. Nec ab eo, qui crucifixus est, iudice refert præmium, qui sibi Crucis insigne non offendit impressum. In libro quippe Ezechiel hoc signum Dominus in frontibus gementium & dolentium præcipit imprimi, deinde cateros omnes, qui absque hoc signo reperti sunt, iubet occidi. Nam si diligenter inspicimus, ipsa quoque mandata veroris testamenti sacramentum Crucis redolere sentimus. Cum enim lex diuinitus data sub denario numero traditur, qui videlicet numerus per X literam designatur, quid in hoc *X. litera fi-* aliud, quam figura Crucis exprimitur? Hæc enim litera Crucis habet speciem, quæ *gura Crucis.*

Amemus ergo, dilectissimi, Christum, amemus Crucem, & vnuquisq; nostrum solerter inuigiliter prauam in se reprimere voluntatem. Signum hoc vita non exprimamus tantummodo in fronte carnis, sed recondamus insuper in intimis viscibus castæ & sobriae voluntatis, implentes illud, quod sponsæ sponsus iubet in Canticis. Pone me, inquit, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Perspicuum est, quod cor cogitat, brachium operatur. Ille ergo Christus super cor suum, quasi signaculum ponit, qui cum medullitus diligit, qui ad eum feruenter anhelat, qui cum anxie flagitat, qui in eius desiderio iugiter perseverat. Ille vero super brachium suum ponit Christum, qui extrinsecus quoque eius mandatis insistens, quem in visceribus cordis occultat, etiam in operatione demovitat. Nam & nos in quolibet membro nostro signum ponimus, ut rei, quæ nobis chara est, memoriam non perdamus.

Habeatur igitur Christus in corde, habeatur in operatione signaculum, ut eius *vt Christus in no.*

*Vt signum Crucis in corde viatores efficiuntur.*

*1. Reg. 17.*

*Exod. 28.*

*Exod. 12.*

*Psal. 82.*

*2. Par. 26.*

*Luc. 2.*

*Qui signum Crucis in corde suo impressum habeat, & qui non.*

*Philip. 3.*

*Ezech. 9.*

**debeat no-**  
**strum esse**  
**signaculu.**

**Aggxi. 2.** in nobis semper viua memoria & subrepentium cogitationum prava compescat,  
& in his, quæ extrinsecus agimus, Crucifixi charactem euidenter exhibeat. Enim,  
vero si nobis Christus signaculum fuerit, & ipse nos sibi grata viciſſitudine signacu-  
lum ponit, luxta quod Zorobabel Duci Iudea pollicetur, dices: In illa die ſuscipiā  
te, Zorobabel serue meus, & ponam te ſicut signaculum in conſpectu meo. In con-  
ſpectu nanque Dei iuſtus ſicut signaculum ponitur, quia per continuū amoris gratiā  
in eius memoria ſemper habetur. At contra de impio Rege leconia, qui quoniam  
Dei omnipotentis immemor erat, in eius & ipſe non mercurabatur eſſe memoria: Si  
fuerit, inquit, leconia annulus dexter in manu mea, inde euellam cum.

**Hier. 22.**

Quod inuiolabile firmumq[ue] signaculum beatus martyr Cassianus in pectore ſuo

**S. Cassiani**  
**constantia**  
**& fortitudi-**  
**no.**

poſuerat, qui in tanta fidei conſtantia immobilis permanebat. Illiduntur plague ver-  
berum, infliguntur vulnera punctionum, introrquentur irriſionum iacula, vincula  
manibus innectuntur, accedit & nuditas corporis, ſed & ſpectaculum circumlatum  
vndique deriforum. Inter hos procellarum ſaxientium turbines, inter illas  
denique crebrefientium grandinum tempeſtates ſtat firma columna Dei prorsus im-  
mobilis. Non concutitur, non quaſſatur, ſed lapidi, ſuper quem fundata eſt, reſta  
ſemper & firma conſtanter innititur. Dicebat enim: Quiſ me ſeparabit à charitate  
Christi? Tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fama? an nuditas? an periculum?  
an gladius? Illi fremebant dentibus: iſte miris Agni mundi peccata tollentis parie-  
tiam cogitat. Carnifices in feruere ſupplicia, ſatiabant cruentam peccatorum rabie;  
iſte iam ſecurus in mente verſabat cœleſtis gloria dignitatem. Atq[ue] (vt ita dixerim)  
cautus ac prudens iſte negociator, fratres mei, quam felices cum remuneratore cer-  
tantium Christo nundinas contrahebat! Deponebat ſiquid ſarcinam carnis, at-  
que ad ſtolam festinabat Angelicæ claritatis. Deferebat ferulam crudelium puer-  
rum, vt ſanctorum fieret ſocius Angelorū. Postponebat magisterium literas edo-  
cendi, atque ad illud vnum alacriter properabat Verbum, cui militante cuncta per  
orbem, volumina literatum, Christum Dominū noſtrum, qui cum Deo Patre in  
vnitate Spiritus sancti viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

**Rom. 8.**

Quod inuiolabile firmumq[ue] signaculum beatus martyr Cassianus in pectore ſuo  
poſuerat, qui in tanta fidei conſtantia immobilis permanebat. Illiduntur plague ver-  
berum, infliguntur vulnera punctionum, introrquentur irriſionum iacula, vincula  
manibus innectuntur, accedit & nuditas corporis, ſed & ſpectaculum circumlatum  
vndique deriforum. Inter hos procellarum ſaxientium turbines, inter illas  
denique crebrefientium grandinum tempeſtates ſtat firma columna Dei prorsus im-  
mobilis. Non concutitur, non quaſſatur, ſed lapidi, ſuper quem fundata eſt, reſta  
ſemper & firma conſtanter innititur. Dicebat enim: Quiſ me ſeparabit à charitate  
Christi? Tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fama? an nuditas? an periculum?  
an gladius? Illi fremebant dentibus: iſte miris Agni mundi peccata tollentis parie-  
tiam cogitat. Carnifices in feruere ſupplicia, ſatiabant cruentam peccatorum rabie;  
iſte iam ſecurus in mente verſabat cœleſtis gloria dignitatem. Atq[ue] (vt ita dixerim)  
cautus ac prudens iſte negociator, fratres mei, quam felices cum remuneratore cer-  
tantium Christo nundinas contrahebat! Deponebat ſiquid ſarcinam carnis, at-  
que ad ſtolam festinabat Angelicæ claritatis. Deferebat ferulam crudelium puer-  
rum, vt ſanctorum fieret ſocius Angelorū. Postponebat magisterium literas edo-  
cendi, atque ad illud vnum alacriter properabat Verbum, cui militante cuncta per  
orbem, volumina literatum, Christum Dominū noſtrum, qui cum Deo Patre in  
vnitate Spiritus sancti viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

## SERMO BEATI PETRI DAMIANI, S.R.E.

CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, DE AS.

ſumptione ſanctissime Mariæ Dei genitricis &amp; virginis. Habe-

tur octauo Tomo Aloysij.

15. Auguft.

**S. Maria ad**  
**cælos aſſu-**  
**pta a de-**  
**tris filijs**  
**fui reſidet.**

**Cur Chri-**  
**ſtus aſcen-**  
**diſſe, Ma-**  
**ria vero**  
**aſſumpti-**  
**dicitur.**



IC totum dēcurrat ingenium, & aureus ſermo tota relu-  
ceat maiestate. Voluntaria oris noſtri beneplacita ſibi faci-  
at genitrix Dei, Domina mundi, celi Regina. Ipsi ſenſum  
acuat, dirigat ſtylum, & linguam pauperis veniſſiori reſer-  
gar eloquio. Illustrat lucem hanc lumine clariori, & ſuo cō-  
ueniū ſuam pŕeſentiam donare dignetur. Sublimis iſta di-  
es, & ſplendidiōrī Sole refulgans, in qua Virgo regalis ad  
hronum Dei Patris euhigit, & in iſpicio Trinitatis ſede re-  
poſita, naturam etiam Angelicam ſollicitat ad videndum.  
Totu[m] conglomeratu[m] Angelorum frequentia, vt videat Reginam ſedentem à de-  
trix Domini virtutum, in veftitu deaurato, in corpoſe ſemper immaculato, circu-  
datam varietate, virtutum multiplicitate diſtingatam.

Hac eſt illa dies, quæ celorū officinas ſublimiori gaudio cumulauit, anna mu-  
ndo, Angelis continua, continuans homines Angelis, & Angelos hominibus felici  
foederatione coniungens. Intuere mentalibus oculis Filium ascendentem, & Ma-  
trem aſſumptam, & videbis aliiquid excellentius in aſſencionē Filii exhiberi: & ali-  
quid gloriosius in aſſumptione Virginis demonstrari. Ascendit enim Salvator in  
cælum potestatiæ virtutis imperio, ſicut Dominus & creator, Angelorum comi-  
tatus obsequio, non auxilio fulitus: Aſſumpta eſt Maria in cælum, ſed gratia ſuble-  
uantis iudicio, coſitantibus & auxiliatibus Angelis, quam ſubleuabat gratia, non  
natura. Ideo dies hec Aſſumptio, illa Aſſencionis vocatur, cum aliud ſit potentia ali-  
ud misericordia, ſolumq[ue] ſoli ſit priuilegium Creatori naturam rerum propria po-  
tentiæ.